



**Virgula fumi, sive compendiolum historiae S. Crucis  
Caravacensis, de qua, quod sparsum alias, ac diffusum  
lentius redolet, abbreviatae huic brevitati revocatum, ad  
succurrendum piae quorundam staurophilorum aviditati,  
velocius, suaviusque devotionis fumum exhalarē cogitur**

<https://hdl.handle.net/1874/10231>

VIRGVL<sup>A</sup> FVMI,

Siuē


**COMPENDIOLVM  
HISTORIAE S. CRVCIS  
CARAVACENSIS, DE QVA, QVOD  
SPARSVM ALIAS, AC DIFFVSVM LENTIVS REDOLET,  
abbreuiatæ huic breuitati reuocatum, ad suc-  
currendum viæ quorundam staurophilorum  
auiditati, velocius, suauiusq; deuo-  
tionis fumum exhalare co-  
gitur.**



COLONÆ AGRIPINÆ, NVMS  
Apud PETRVM CHOLINVVM,  
Anno M. DC.XXX.  
Archiep. Typographum.

FORMA CRVCIS

CARAVACANA



D. FERDINANDO  
ARCHIEPISCOPO CO-  
LONIENSI, ELECTO ET CONFIR-  
MATO S. ROMANI IMPERII PER ITALIAM ARCHI-  
cancellario, & Principi Electori, Episcopo & Principi Paderbor-  
nensi, Leodiensi, Monasteriensi, Administratori Hildesheimensi  
& Berchesgadensi, Principi Stabulensi, Comiti Palatino Rheni,  
Duci utriusq; Bauariae, Westphaliae, Angariae & Bullionis, Mar-  
chioni Francimontano, Comiti Loffensi, Longiensi,  
Hornensi, Sedis Apostolicae Legato  
Nato &c.

Serenissime Princeps, Domine pientissime.

**R**odit unumquemque amor suus, silere  
nescius, perosus abscondi. Videlicet erum-  
pet ignis, ac perrumpet omnia, si quis illis  
vel fusilibus metallis coarctare, vel in  
profundis terra visceribus incarcerare studuerit.  
Quanam enim arte in infimis detineretur ista nobil-  
issimi elementi vivacitas, cui superiorem natura  
locum assignauit? Et cuius esse in motu continuo est,  
in ardore, in splendore, in ascensu; qua possit abscon-  
di nocte, quam non illuminaret? quibus angustijs  
impediri unde non exiliret? quas in abyssos demergi,  
unde non emerget? Sed nec datur usquam tam se-  
cretus, tamque abstrusus amor, qui non appareat u-

bi sit, & qui possessorem suum aut melius suam posse-  
sionem, ipsum videlicet cor hominis non manifestet.  
Esto, inscrutabile illud fateamur, & Dedaleis undi-  
què vijs impermeabilem iuremus illud esse labyrin-  
thum: ex eius meditullio quilibet affectus in consona-  
sibi obiecta euolant, & volentem nolentem præsentia-  
bus oculis dijudicandum propinant, quidquid illi in  
corde est. Prodidit tua te pietas Seren.<sup>m</sup> Domine &  
iste quo in Deum portaris affectus, qua data porta,  
ruit: & si claustra centum quis illi opponat liuor: em-  
nia illico vi perrupet sua, teq; eximia pietatis ac Re-  
ligionis. Principem longè lateq; proclamabit. Silentes  
catera, quod vidimus testamur, & quod manus no-  
stra contrectauerunt, hoc est. Venit missus ex Hispaniis in manus humilium seruorum S. C. V. libellus cui  
titulo est historia de S. Cruce Caravicensi. Bonum  
revera ingens, adeoq; per orbem communicatum ut  
non modo uniuersam Hispaniam, verum etiam om-  
nes penè mundi Provincias prædigiosa ubertate sig-  
norum suorum impleuerit. Bonum quod tam mira-  
dum nobis legentibus fuit, tamq; inscundum, nec non  
contra omnia qua nos circumuallant malatam op-  
portunum: ut non potuerit detineri diutius, quin ad  
manus C. V. festinaret: manus tam beneuolas semper,

tam-

tamq; tum nostro, cum etiam vniuersis sacris Religi-  
onibus liberales ac munificas. Iuimus igitur & Ser. <sup>ii</sup>  
Vestræ libellum istum in affectus & gratitudinis tes-  
seram obtulimus. Ut visus, ut approbatus! ut charus  
fuit! ut arrisit inclusa adhuc in suo cortice caelestis  
nuclei dulcedo, ipsam etiam (veluti pretiosa adhuc  
in suis alabastris condita balsama fractionem ante-  
uertens! Neq; enim potuit non arridere ipsa pietati  
pietas. Crux Catholica Ecclesia fundamentum &  
omnis illius ad quam suspirant vniuersi, sempi-  
terna felicitatis initium, non potuit Crucis amatori  
ac Propugnatori Zelosissimo non amari. Cum au-  
tem etiam illud dicta S. Crucis compendiatum opus-  
culum creuisse videretur, ultra quam pateretur se-  
legi, ab ijs qui portant Orbem, & sub negotiorum po-  
dere pressi, vix ubi respirent, inueniunt: studiosissima  
omnis deuotionis V. C. & sibi & suis & quicunq; de  
S. Cruce Carauensi quidpiam, imò totam ferè ipsius  
Iliadem in uno ictu oculti nosse vellent, breuius ali-  
quod fieri curauit eiusdem historiae breuiarium: in  
quo, & quicquid rei effet, uno intuitu videretur, &  
ipso in arduis detentos semper Magnatum animos  
prolixiori lectione non retardaret. Ecce ergò illud ip-  
sum nobis hodie desiderium vestrum Ser. <sup>me</sup> Princeps

dicta historia videlicet iam pridem compedita & modernum compendium, & vix in sex aut septem pulillas paginas, grandiorum septuaginta redactum volumen. Acceptabitur (scimus) perlegetur, videbunturque in ea tabella vobis iucunda admodum, & forte nondum percepta, eaque non pauca prodigia, quae benignissimus Deus per hoc viuisicum lignum in varijs mundi partibus operari dignatus est. Faxit ille ut istud in oboris necessitatum universae editionis vestrae tempestatibus ac procellis, adsit remedium: & ubicumque in caput hoc sacrum V. aut in quemque illius membra subdita irruere tentarit aduersitas: eodem diuina virtutis tormento repudiata corrueat valeat, & ne hilum nocimenti adferre ijs qui confidunt in eo. Ita apprecamur.

S. D. V.

Humillimi ac deuotissimi Clientes

Fratres Carmelita Discalceati

Colonia anno 1630. Kalend. Februarij.



# BREViarium

*De admiranda Sancta Crucis Carauacensis ap-  
paritione.*

**E**it Abuzeit Rex Maurus securus re-  
rum suarum propter amicitiam & fœ-  
dus cum Regibus Aragoniæ & Castel-  
lae initum sedem & familiam suam Va-  
lentiā in Mutciense Oppidum, quod Carabum  
aut Carauacanī vocant, transtulit Anno 1231. Vbi  
cum venisset illi in mehtem videre quid quisque  
captiuorum suorum artis nosset; inter alios sisti-  
tur ante ipsum Ginesius quidam Sacerdos, qui  
cum de Sacerdotij dignitate pauca ac præclara  
differuerisset, & quod ad verbum sacrificantis, panis  
ipse & vinum in corpus & sanguinem Christi Sal-  
uatoris nostri trā substaniaretur: hoc sibi mōstra-  
ri Rex iubet, & ad illud sacrificiū expedire se Gi-  
nesium. Is excusat propter carentiam eorum, quæ  
ad sacrificium necessaria erant, quæ nec poterant

habere

haberi, nisi ex loco Christianis habitata. Cōcham  
igitur, quæ proxima Christianorum Ciuitas erat,  
mittit, qui adferrent quidquid in indiculo dictus  
Ginefius a nōtaret. Quo factō cū iā Sacerdos Mis-  
sā inchoaturus esset, animaduertit ab instructo Alt-  
ari deesse Crucem: & nefas esse ducēs absq; eo sa-  
lutari signo, eo præfertim die qui Inventionis San-  
ctæ Crucis erat, sacra mysteria peragere, quid tan-  
dē agat requirit anxius, & Regi cupidissimo videre  
rem tam inauditam, vix habet, vnde satisfaciat.  
Verum Deus perfectionis Author, ne fidelem Mi-  
nistrū suum diutius destitutum solatio pateretur:  
duos Angelos Hierosolymam mandat, qui exin-  
de in momento ad aram Crucem deferrent, quam  
Robertus illius Ciuitatis Patriarcha ē collo pen-  
dentem gestare consueuerat. Dictum, factum. Rex  
ergo intentis ad ipsam Sacelli testudinem oculis,  
vidit duos Angelos multis alijs comitantib. per fe-  
nestram tecto proximā allabi, & ligneam Crucem  
ab ipsis met Angelis ex eo ligno factam in quo Je-  
sus Christus pro mundi vita pependit, sollicito Sa-  
cerdoti in manus ab ipsis tradi, gaudio collachry-  
mantib. & grates immensas Deo agentib. captiuis  
pro tam insigni miraculo, quo fidem nostram cor-  
roborare instituit.

Lætus

Lætus itaque tam singulare cælitum pignore Sa-  
cerdos, diuinum officium inchoauit; & cū hostiā  
ritè consecratam in altum sustolleret, vidit Rex in  
ipsius manibus pulcherimum, & nimio fulgore  
coruscantem infantulum. Re demum sacra ad fi-  
nem perducta, ipse cum multis ex nobilitate fi-  
dem Christianam corde & affectu complectitur,  
quam paulò post ore professus est & opere.

*VARIA MIRACULA QVÆ PER SAN-*  
*ETAMILLAM CRUCEM CARAUACensem DOMINUS DEUS*  
*operari dignatus est.*

i. Anno 1348. cum immane obortum esset incen-  
dium Carauacæ in Sacello dictæ S. Crucis ibi  
quispiam è familiaribus Commandatoris per su-  
rentem, & omnia latè pascentem ignem pene-  
trans, thecam cum S. Cruce quæ in ea recondita  
erat, illæsus illæsus ipse extulit, momentoquæ per  
se incendium extinctum est.

ii. Anno 1350. Visus est à multis nobilitate ac pie-  
tate præstantibus Viris magnus cereorum splen-  
dor emicare è Sacello S. Crucis & Cœlum versus  
furrigi.

3. Circa illud tempus mulier quædam cum suo  
Consanguineo à Mauris capti, & arcta manci-

pati custodiæ, inuocatæ S. Crucis Carauacensis be-  
neficio, nocte concubia mirabiliter elabuntur, &  
salui Carauacam festinantes, ibi ad S. Crucem  
compedes suos, gratijs pro libertate peractis ap-  
penderunt.

iv. Blasphemus quidam in S. Crucem, Carauacæ  
à Cacodæmonio obsidetur: & è mænibus Ciuitatis  
desperabundè sese præcipitans morte horren-  
da interimitur.

v. Duo alij Adolescentes captiui post sui com-  
mendationem, & pijs S. Crucis Carauacensi factas  
preces ruptis vinculis euadunt incolumes.

vi. Ciuis quidam Hispalensis post vota & preces  
eidem salutari ligno emissas, lucis ysuram quam  
prius amiserat, præsentibus multis miraculi testi-  
bus recuperauit Anno 1378.

vii. Anno 1387. quidam Ciuis Murciensis mittit  
Carauacam ad S. Crucem argenteam lampadem,  
linteo inuolutam quo filij demortui corpus fuerat  
iuolutum. Et ecce dum euolutū donum S. Cru-  
ci offertur, mortuus puer domi ad vitam reuoca-  
tur; & lampas quæ prius in Sacello ardebat, perse  
ipsam accessit ad recens allatam, deque oleo suo  
in eam aliquantulum infudit, & ita ytraque ardens

iucundum præbuit intuentibus rei nouitate attonitis spectaculum.

viii. Lorcæ quædam tempestas locustarum populabunda omnes agros, per aquam dictæ S. Crucis immersione sanctificatam, sedatur, & exinde mos Carauacensium tertia Maij quotannis immersandi pedem dictæ S. Crucis in riuo quodam vnde tam multis valetudo restituitur, & tam noua miracula anniuersariè scaturiunt.

ix. Carauacenses custodit à Maurorum incursibus, & sonitu intra suam capsam edito, excubitorum monet, pulsare campanam, & Ciues excitatos hostibus occurrere: vicissimque tamquam piam Matrem benedictam illam Crucem Carauacenses custodiunt, & nihil non agunt, quod adipius ornatum, cultumque pertinere autumant.

x. Pio zelo missus aliquando à Toletana Ecclesia Sacerdos, S. Crucem ab Altari furto abstulit, ac in peram pastoritiam suam recondidit. Qui dum sui securus in via videre vellet sanctam suam prædā, aperta pera in qua illam reposuerat, nihil nisi nonnulla de S. Crucis apparitione testimonia reperit. Omnis igitur Carauaca perturbata, expedit equites, qui furem indagarent, sed omnis irritus labor, & præ-

& prædatot non inuenitur. Interim ecce summo  
mane Vir Moratellensis accurrens , qui ait se vi-  
disse S.Crucem inter duas faces ardentes, in subli-  
mi Collis vertice, vulgò delas Cruzes appellati.  
Profecta igitur eò omnis Ciuitas supplicationis  
ritu,summa cum veneratione ac gaudio eā reci-  
piunt,& in pristinum suum Arcis Sacellum repo-  
nunt.

xi. Fugerant ex Arce Carauacensi qui custodie-  
bant eam , quasi imparati contra nimis densas  
Maurorum Cohortes, quos aduentare & in pro-  
ximo esse audierant. Et ecce post medium ab Ur-  
be miliare confectum , retorquentes ad Arcem o-  
culos,vident S. Crucem super portam Principem  
mirum in modum coruscantem. Ex quo reda-  
nimati repedant in desertum locum,& vi occulta  
perterrefactis Mauris : & post aliquod tempus  
multis ex jis trucidatis , victoriam insignem fece-  
runt.

xii. Diuenditam Ciuitatem Maioris emptoribus  
scelestus quispiā die Veneris sancto anno 1430. tra-  
dere spospōderat. Crux igitur maioribus solito in-  
tra thecā suam eadem nocte editis pulsationib. per  
vigiles & exploratores populū confessim ad arma  
cor-

corripienda excitauit. Et delusum hostem fugauit  
opportune.

xiii. Quidā Religiosus surdus & Infās ex grauiori  
morbo factus fusa ad DĒVM prece in Sacello S.  
Crucis audire & loqui de cætero pro more potuit.

xiv. Extincta ibidem quadam die lampas, Angelo-  
rum ministerio reaccenditur, in voces laudis &  
admirationis erumpentibus ijs qui miraculo fre-  
quentes interfuerunt.

xv. Maurus quidam auditis sanctæ Crucis Cara-  
uacensis quam plurimis prodigijs, cum à suis ad  
Carauacenses fugeret, Baptismum suscepturnus  
Cruce inuocata ex omnib. vię periculis sibi inten-  
tatis, quo sua vota eum ferebant, liber & incolu-  
mis appulit.

xvi. Captiuus quidam qua potuit industria effra-  
ctis compedibus repedans liber in Patriam cum  
videret instantes tergo qui eum perquirerent, al-  
terius consilij inops tollit à terra lapidem vt iace-  
ret in persequentes se. Et ecce omnes ita dilabun-  
tur, & euaneſcunt, vt ne vnum ex ijs viderit in po-  
sterum.

xvii. Faber lignarius è muro 36. pedes alto in sub-  
iectas rupes decidit, & illico, propter Crucem in  
casu

casu inuocatam, alacer, ac vegetus ad cæptum laborem reuertitur.

xviii. In horribilibus ac repentinis tempestatibus quibus sæpe Carauacenses infestantur: ipsi se prædicant per sanctam illā Crucem à diluuijs & fulminibus custoditos, visumque afferunt procellosissimo quodam tempore illud salutare signum absque opere humano in ipso turris fastigio inter quasi multarum facularum ordinem splendescere, & compescere malum quod auræ intemperies minitabatur.

xix. Crux admouetur arefacto cuiusdam feimæ brachio, & nullâ morâ consanescit. Ibidem ab eodem restituto brachio contacti cuiuspiam oculi qui ante menses sex videndi facultatem amiserat, cum præ multitudine turbæ irruentis non posset ad S. Crucem pertingere: Illuminantur & vt ante clarescunt.

xx. Post longam siccitatem pluia copiosissima sub finem supplicationis ad hoc ad S. Crucem institutæ aliquoties è Cælo conceditur. Item eadem arte post metuendam frugibus caliginem, & nebulosam aeris condensitatem; tota Cæli facies adeò depurata es, vt exinde messis bona subsequuta fuerit.

xxi. Muta puella applicata sibi ad os S. Cruce,  
loquitur, & disertis vocibus Deo gratias agit.

*MIRACULÀ PER CRVCES, DICTÆ*

*Crucis Carauacensis attactu sacratas, facta.*

1. Duabus nauibus saeva tempestate in Mari Sur,  
demersis. Tertia, dum fluctibus indomitibus crux si-  
milis obijcitur, sedata paulatim vndarum bile, sal-  
ua in Portum Manillanum venit.

2. Cælo turbido ac prope fulminanti præsentata  
Crux similis, quæ veram Crucē Carauace: attige-  
rat, omni prorsus tempestatis nocte subito discus-  
sa diem amissam mundo recuperat.

3. Accensus in Nauī casu puluis tormentarius to-  
tam illam cum vniuersis qui in ea erant, absorpsit,  
& demersit in profundum vno excepto, cui non  
vltra collum propter inibi iam diu appensam Cru-  
cem similem, aquas penetranti calcabile sese ma-  
re, ac perium exhibuit.

4. Fulmen reprimitur obiecta exaduerso illi cru-  
cula Carauacensis attactu benedicta.

5. Alligata simili Cruce ad funiculum in Ganosia  
Insula in tempestuosum mare proijcitur, & reddita  
Malacia supra onerarię Nauis corbem summam  
instar syderis collucens sub crepusculum matuti-  
num reperitur.

6. Dæ-

6. Dæmonibus formidabilis Crux similis visa est.  
7. Laithomisium Bohemiæ Ciuitas, vno & altero furioso incendio iam iam absumentum simili  
Cruce obiecta flammis nulla alia arte cohibendis  
liberatur.

Sed quod mirabilius est, & quod pro coronide hucusque referatum: In Prouincia Charchorum in Peru, sceleratus nescio quis, ex vicino Carauacæ Oppido oriundus Miles, fuga declinans quod meritus erat, & ad quod quarebatur, patibulum, incidit in barbaros & adhuc à fide alienos Indos. Ibi igitur iamdiu conuersatus, videns eos pro habenda pluuiia admodum anxios, & ab Idolis suis, sollicita variarum superstitionum ambitione, remedium frustra expectantes; memor suorum Carauacensium, quid in eiusmodi necessitate factitarent; & quam Crux eorum, ad simile de cœlo impetrandum beneficium esset illis oportuna; spondet (ait illis) infelices, in praesentis mali remedium, facturos vos, quod docebo? Et illi; spondemus. Ipse igitur fabricatam sibi ex ligno grandem crucem erigens, ac proponens adorandam, petendamq; ab omnium rerum creatore ac moderatore Deo, per hoc salutiferum signum desiderata pluuiia benedictionem prædicans, cum morigeros illos habuisset, ac procumbentes in genua, quod edocti erant, ex animo peragerent; adeo copiosus imber illis aduenit, vt rei nouitate attoniti Indi proculcatis ac contritis Idolis suis, tanta dehinc veneratione S. Crucem prosequuti fuerint; vt in quacumque necessitate ad eam tamquam ad asylum confugerent, & fide Christi suscepta Prouinciam suam nomine S. CR VCIS de monte vocatam habere mererentur.

F I N I S.